



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

21 Inferior summum non judicat hac prohibe[n]te.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

Innocentii, Zozimi, Calestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii junioris. Ibi omnino sunt, & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clericci. Nam si tale emerget, vel contingit iustitiam negotiorum, quod minimè possit per istos definiri; tunc si illorum, quorum meminimus, dicitur Hieronymi, Augustini, Isidori, vel extoritorum similiiter sanctorum doctorum similius reporta fuerint, magnanimitate sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius magna voce pronunciare non timeo: quia, qui illa, qua diximus, sanctorum Patrum statuta, que apud nos canonum nomine praetitulantur, (ivea sit ille episcopus, five clericus, five laicus) non sibi indifferenter recipere convincitur, nec catholicam, & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Evangelia utiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur.

1 ¶ **Sane Canones**] Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in prefatione dictum est, quo Romani Pontifices, prefertim in iudeis uteruntur, in quo codice sunt canones tantum, non synodus gesta, ut superius Niclaeus, in c. Romanorum, 19. dist. scriptis.

2 ¶ **Carthaginem**] In codice canonum unica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres, qui ex variis conciliis Carthagini habitis, collecti fuerant. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & sicut est, quando in codicem canonum referendis curavist. Eadem etiam Graci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alio præterea multo Africanarum Synodorum conjuncto, in lingua suam verterent, & hi ipsi sunt, quos inde numerus Anselmus, Burchardus, & Ivo citant: quamvis Grarianus interdum quidem hic utatur, interdum vero ex singulis Carthaginensis conciliis canones accipit, quod sicut indicabitur. Et de hac unica Carthaginem synodo intellegendum est, quod haberetur supra dist. 16.c, prima ad notatio, vers. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.

3 ¶ **Non indifferenter**] Ascelma, Deus-dedit, & Gregorius presbyter in Polycapo habent, qui eandem indifferenter non recipit, ipse se convincit minimè catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum sua retinere salutis.

C. II. ¶ **Corripiendi sunt que decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non observantur.**

Item Nicolaus I. Ptolema, in b. epistola, cuius initium est, [Postquam beato Petro.]

Si de ceteris Romanorum pontificum non habetis, de neglectu atque incuria eius arguendi. Si vero habetis & non obseruatatis, de temeritate eius corripiendi, & increpandi.

C. III. ¶ **Ad quos sit recurendum, cum scriptura auctoritas non occurrit.**

Item Innocentius I. Papa.

DE quibus & causis nulla solvendi, ligandique auctoritas in libris veteris Testamenti, quatuor Evangeliorum, cum totis scriptis Apostolorum appareat, ad divina recure scripta Graeca d. Si neque in illis, canones & Apostolica fides intueri. Si nec in illis, ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis, sanctorum exempla perspicaciter recordare. Quod si omnibus his inspectis, hujus quæstionis qualitas non lucide investigatur; seniores provinciarum congrega, & eos interroga. Facilius namque invenitur quod a pluribus senioribus

a. al. profectio. b. Epist. eadem epist. 6. ex qua sumptum est, c. quod dicitur, supra difin. 16. Anselm. lib. 3. cap. 33. c. Polycarpus lib. 7. tit. 3. Burchardus lib. 3. c. 28. Ivo par. 4. cap. 70. d. al. Graece.

quætitur. Verus enim reprobator Dominus ait a. [Si duo ex vobis, vel tria conuenient super terram in nomine meo, de omni re quæcumque petierint, fieri illis a parte meo.]

1 ¶ **Innocentius**] Caput hoc non est inter epistolas Innocentii primi, que multi existant; neque vero Innocentii secundi esse posset, cum ante ipsius scripturam Burchardus, & Ivo, a quibus ipsius citatur.

2 ¶ **Canones**] Verba hac, que apud Gratianum deerant, sunt apud Burchardum, & Iovem, & Polycarpum, in quo Polycarpus habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.

DISTINCTIO XXI.

¶ **D**ecretu ergo Romanorum Pontificum, & sacri capitulorum conciliorum ecclesiastica negotia, ut supra monstratum est, terminantur. ¶ Monstrati vero sacrorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra presules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri Testamento est inchoata, & in novo plenius consummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores sacerdotes a Deo sunt instituti per Moysen b. qui ex precepto Domini, Aaron in summum Pontificem, filios vero eius unxit in minores sacerdotes. Postea vero David, cum ministeria domini Domini applicaret, janitores, & cantores instruxit. Porro Salomon quendam medium exorcizandi inventus, quo damonzi adjurati, ex obsessis corporibus pellectur: huic officio mancipati, exercitiae vocati sunt, de quibus Dominus in Evangelio c. [Si ego in Bezelzubub ejicio daemonia, filii veltui (videlicet exorcista) in quo ejiciuntur:] Hac omnia in novo Testamento ecclesia inveniata, habet janitores suos, quos ostiarios appellantur. Pro cantoribus lectores & simul cantores instruitur. Exercitiae autem nomine antiquo & officio permanente recipit. Pro filio vero Aaron, omnes infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt confecrati. ¶ Inter eos quidam discretio servata est, ut alii appellentur simpliciter sacerdotes, alii archipresbyteri, alii chorepiscopi, alii episcopi, alii archiepiscopi, seu metropolitæ, alii primates, alii patriarchæ, alii summi Pontifices. ¶ Horum discretio à genitilibus maxime introducta est, quos suos flamines, alios simpliciter flamnes, alios arciflamnes, alios protoplamnes appellantur. Simpliciter vero majorum, & minorum sacerdotum discretio in novo Testamento ab ipso Christo summis exordium, qui duodecim Apostolos tanquam maiores sacerdotes, & lxxii. discipulos quasi minores sacerdotes instituit. Petrus vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei pro omnibus, & proximis claves regu calorum tribuit, & a se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro ejus fide se specialiter rogasse testatus est. & ut caseros confirmare sibi injunxit, dicens d. [Ego rogavi pro te Petre, ut non deficit fides tua, & tu aliquando converfus confirma fratres tuos.] Hanc tandem formam Apostoli fecerat, in singulu civitatis episcopos, & presbyteros ordinaverunt: Levitas autem ab Apostolis ordinatis legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus c. Subdiaconos, & acolythos procedente tempore ecclesie sibi constituit.

C. I. ¶ **Unde nomina ecclesiasticorum graduum sumuntur.**

¶ **D**e his ita scribit B. Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 2. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquieti.

CLeros f & clericos hinc appellatos credimus, quia Marthias g forte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. K. n. g. enīm Graecē, fors Latinē, vel ha reditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clericci, quia de forte domini sunt; vel qui Domini partem habent. Generaliter autem clerici nuncupantur o-

a. Matth. 18. b. Exo. 28.1. Paral. 25. & 3.23. c. Luc. 11. d. Luc. 22. e. Ad. 6. f. De officiis lib. 2. c. 1. Rabanus de instit. cler. lib. 1. c. 2. g. Ad. 1.

C. 4

tines, qui in ecclesia Christi deferviunt, quorum gradus, & nomina sunt haec: officia, psalmista, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. ¶ Ordo episcoporum quadripartitus est, id est, in patriarchis, archiepiscopis, metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha, græca lingua, sumnum patrum interpretatur, quia primum, id est, 1. Apostolicum retinet locum, & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine cenfetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus græco dicitur vocabulo, quod si summus episcopus, tenet enim vicem Apostolicam, & presidet tam metropolitani, quam ceteris episcopis. Metropolitanus autem à mensura civitatum vocantur: singulis enim provinciis preminent, quorum auctoritatis, & doctrinæ a ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet episcopos: follicitudo enim totius provincie, ipsis commissa est. Omnes autem superioris designati ordines uno eodemque vocabulo episcopi nominantur: sed ideò privato nomine quidam utuntur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter accepunt. Patriarcha patrum principes: *Apostolus* enim princeps, inde archiepiscopus, princeps episcoporum, sicut metropolitanus à mensura civitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui officiit b. episcopus, superintendat, scilicet curiam gerens subditorum: *Συντάκτης* enim Græce, intendere dicitur. Episcopi autem Græce, Latinè speculatori interpretantur: nam speculator est propofit in ecclesia dictus, eo quod speculetur; & perficiat populum, infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifices etiam sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes atque levitas, ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit, ipse, quid uniusquisque facere debet ostendit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam majorum hæc erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Unde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poëtam. ¶ Antistes sacerdos: dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesie, & supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum: sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est, consecratus enim, & sacrificatus. Sacerdotes autem gentilium flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in qua erat brevis virga, desuper habebant lanæ aliquid, quod cum propter rituum ferre non possent, filo tantum capita religare coepérunt. Nam nudis penitus eos caputibus incedere nefas erat. Unde à filo, quo utebantur, flamines dicti sunt, quasi flamines. Vestrum festis diebus filo deposito, pileum imponebant pro sacerdoti eminentia. ¶ Presbyter Græce, Latinè senior interpretatur: non modo pro atate, vel decrepitate senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem, quam accepunt presbiteri nominantur, unde 2. & apud veteres, idem episcopi & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & non 3. xatis. Ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacram dant, sicut episcopi, qui licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec christiane frontem signant, nec paracletum Spiritum dant, quod solis deberi episcopis, lector Actuum & Apofolorum demonstrat. ¶ Levita ex nomine auctoris vocata. De Levit enim levitas exortisunt, à quibus in templo Dei mystici sacramenta ministeria explabantur. Hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur, quia sicut in sacerdote conse-

a. al. doctrina & potestari. b. orig. b. supererfectus, superintendant. c. orig. & Rab. c. Abt. b.

ratio, ita in diacono ministerii dispensatio haberet. ¶ Hypodiaconi Græcæ, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subjacent praæceptis, & officiis levitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidélibus ipsi suscipiunt, & levitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebreos, Nathinæ vocantur. ¶ Lectores à legendō, psalmisti à Psalmis canendis vocati: illi enim prædicant populus, quid sequuntur; isti canunt, ut excitent ad compunctionem animos audientium; licet & quidam lectores ita miserabiliter pronuntiant, ut quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Idem etiam & pronuntiatores vocantur, quod porro annuncient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, ut quamvis longe positorum aures adimplicant. ¶ Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Hujus duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere poterunt, praæceptor, & succendor: praæceptor scilicet, qui vocem præmittit in cantu: succendor autem, qui subfrequent canendo respondet. ¶ Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autem non consonat, nec concinat, nec concertor erit. ¶ Acolyti & Græcæ, Latinè ceroferari dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur lumina ab eis: & deportantur, non ad effigandas tebras, dum Sol eodem tempore ruit, sed ad signum letitiae demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis, illa lux ostendatur, de qua in Evangelio legitur, [Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.] Exorcisti ex Græco in Latinum adjutantes, sive increpantes vocantur, invocant enim super catechumenos vel sacerdos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini IESU, adjutantes per eum, ut egrediarur ab eis. ¶ Officiarii idem, & Ianitors, qui in veteri Testamento electi sunt ad custodiā templi, ut non ingredieretur in illud immundus in omnem. Dicunt autem officiaris, quod præstat officiū templi. Ipsi enim tenentes clavem, omnia intrus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respiciunt infideles.

1. ¶ Id est, apostolicum.] Antea logebatur, post Apostolicum. Restituta est vera letio non modo ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidori allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat, quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 27. scribens Eusebium Alexandrinum, declaras his verbis: Itaque cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apofolorum Principis fedes in auctoritate convaluit, quæ in tribus locis unus est. Ipse enim sublimavit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decoravit sedem, in qua Evangelistam discipulum misit, ipse firmavit sedem, in qua septem annis, quamvis discipulus, sedet: Atque hoc idem ait. Anacletus, c. sacra sancta infra dist. 22.

2. ¶ Unde & apud] Restituta hec sunt in locum suum, quo loco habentur apud sanctum Isidorum.

3. ¶ Et non xatis] In originali est, hoc xatis, & ita apud Hieronymum in epist. 23. ad Oceanum, sed ob glossam non est mutation.

C. II. q. Romana ecclesia à Christo primatum accepta.

Item Anacletus ad episcopos Italie. epist. 21.

In e. novo Testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis coepit ordo: quia ipsi primo Pontificatus in ecclesia Christi datum est, domino dicente ad eum. [Tu es Petrus, & super hanc petram, edificabo ecclesiam.

a. al. mysteriis. b. al. populo. c. Ivo part. 6. cap. 1. d. Ioan. 1. e. Anselm. 1. Polyc. 1. 1. c. 1. f. Matth. 16. & ult.

ecclesiam mean, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & tibi dabo claves regni cœlorum.] Hic ergo ligandi, atque solvendi potestatem primus accepit à domino, primusque ad fidem populum virtute sua prædicationis adduxit. Ceteri verò Apostoli cum eodem pati confortio honorem; & potestatem acceperunt, ipsumq; principem eorum esse voluerunt, qui etiam jubente domino in toto orbe dispersi Evangelium prædicaverunt. Ipsis quoq; decadentibus, in locum eorum successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum re epit, qui autem spernit eos, eum à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipsis indubitanter spernet à domino. Videntes a autem ipsi Apostoli messen esse mulier, & operarios paucos, rogarerunt dominum misericordia, ut mitteret operarios in messen suam: inde ab eis electi sunt lxxii. discipuli: quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

C. III. ¶ *Primum Romanæ ecclesiæ non aliqua syndicatur, sed Christus instituit.*

Item Gelaetus urbis Romæ episcopus omnibus orthodoxus.

Quamvis b universa per orbem Catholice Ecclesia unus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodis constitutis, ceteris ecclesiis prælata est, sed Evangelica voce Domini, & Salvatoris nostri primatum obtinuit. [Tu ex Petri c. (inquietus) & super hanc petram adfiscato ecclesiæ mean: & porta inferi non prævalebit ad verbum eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum; & quocunque soleris super terram, erit solutionis & in celo.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli, vas electionis, qui non diverso (sicut heretici gariant) sed uno tempore, uno eodem quedie glorioſa morte cum Petro in urbe Româ sub Cæſare Neroni agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo domino consecravit, camque omnibus urbibus in universo mundo sua praefecta, atque venerando triumpho prætulerunt. Ergo prima Petri Apostoli sedes Romana ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huicmodi.

3. pars. In his omnibus, quanto gradus celsior, tanto major autoritas invenerit. In majoribus siquidem est regendi, & jubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.

C. LIII. ¶ *Inferiorum sedis superiorum sententias omnibus sunt.*

Unde Nicolaus Papa ad Michaelum Imperatorem, in epistola, cuius minima est [Prop. suorumus.]

Inferior sedes superiore absolve non potest. Sola ergo potior inferiorum convenienter absolvit. Hinc liquidum pervidetur, quia quem non potest absolvere, non potest iudicio inferiori potiorum ligare. & iusta. Unde propheta ait: Numquid gloriabitur securis contra eum, qui fecat in ea? aut exultabit terra contra eum, qui trahit eam? His ita exdivina scriptura, & probabilitum patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuius, non posse quemquam qui minoris auctoritatis est, eum, qui majoris potestatis est, iudicis suis addicere, aut propriis definitiōibus subjugare.

C. V. ¶ *Decedem.*

Idem eadem Epistola.

Nolite nos existimare facta: cuiusunque proximum nostrum, que sunt digna reprehensione, velle defendere, sed quod ita velimus filios circa spiri-

a. Luc. 10. Matth. 9. b. In decretis cum 70. Episcopis. Polyc. l. iii. 2. Anselm. c. 59. Burch. l. 3. c. 220. Pandol. l. 3. c. Matth. 10. d. Inf. dist. 22. e. sacrosanctæ ex Anach.

tualem patrem, & discipulos erga magistrum devotos ac sobrios esse; ut nulla penitus temeritate ad eorum vitam (ut non dicam dijudicandam) sed nec saltem tenuiter reprehendendam profiliant.

C. VI. ¶ *Inferiores majoribus nec benedicere, nec maledicere possunt.*

Item Nicolaus Papa eadem epistola.

Denique a fin epistola legimus ad Hebreos b, quod minor à maiore benedicitur; restat profectò ut exigente ratione etiam maledicatur. Si quidem hac utique prænoscentes pericula tempora illi, qui ante nos fuerunt, providam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiæ, imprætermisca servatur: ita ut nullus sacerdos maior suo non innuente & consacrate cuilibet rei benedictionem dare nitatur: sed anterior stans ad pronunciandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audeat penitus benedicere. Cur hoc? numquid benedicere peccatum est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus f, quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc immittunt, quanta censuræ frango inferiores quaque a suis præpositis judicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi jus ullum penitus obtineant.

C. VII. ¶ *Decedem.*

Idem eadem epistola.

Nunc g autem divina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam rite ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, judicialibus submitti definitionibus. Si quidem tempore Dioclianiani, & Maximiani Auguſtorum, Marcellinus episcopus urbis Romæ, qui postea insignis martyris effectus est, aedē compulsius est a paganiis, ut in templum eorum ingressus granthaeris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numero eorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se ecclie confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sapientissime omnes perhiberent: Tu ore judica caufam tuam, non nostro iudicio. Et iterum: Noligant, audiare nostro iudicio: sed collige in sinu tuo caufam tuam, & rursus: Quoniam ex te, inquit, justificaberis, aut ex ore tuo condamaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur à quoquam. Idem in eadem. ¶ Sed & cum quidam tempore quadam contra Xistum Papam tentassent quædam mali h. rumoris objiceret, & in concilio, cui & Valentinius Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere adversus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum urbium subiectus iudicis inventur.

C. VIII. ¶ *Majores à minoribus iudicari non possunt.*

Idem Nicolaus eadem epistola.

Svmitte Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacræ canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum patrum, semper, ubi est major auctoritas, sit eundem, & in omnibus controversiis, ad potioris sedis iudiciale dirigitur. Quod non solum à catholicis, verum etiam ab ipsis constat observatum hereticis. Alioquin a ephesum liquet esse concilium, ubi de tanta persona agitur, & majorum non exceptiatur sententia, cum nec in causa clerorum

a. Ansel. lib. 5. cap. 44. Ivo part. 3. cap. 17. & part. 6. cap. 35.
b. Heb. 10. c. al. imprætermisca. d. al. jubente. e. al. benedicere nitatur. f. Galat. 1. Polyc. l. 3. tr. 20. Ansel. l. 2. c. 67. al. 76. Ivo part. 5. cap. 8. Polyc. l. 4. cap. 6. h. al. non boni] orig. i. orig. non habet.

inferioris gradus, solum episcopi sui iudicium tantummodo postularum a sit.

C. IX. ¶ Minorum sententia, maiores da-
mnare non valent.

Idem Nicolaus ead. epist.

In b tantum hanc presumptionem sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, ut Dioecorum Alexandrinum Antititem inter cetera, idcirco potissimum sine illa restitutione damnaverint, quia in contumacia permanens erga primæ sedis Romanæ privilegium, re-lipiscere à sua superstitionibus, ut fervorentur à prima fide Apolitica, noluit: & ponens * in cœlo os suum, & lingua ejus transente super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictavit, ita ut in sententia contra ipsum prolatâ, hoc videantur memorare principes, dicentes; [Quoniam secundis excusibus priorem iniquitatem valde transcendit. Presumpsi enim & excommunicationem dicere adversus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ Leonem.] Numquid ibi legitur inquisitionem fusse factam, atrum justæ, animisq; ipsam Dioecorus excommunicationem dictasset? Non plane sed absque omni controversia hoc in eo sint: quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est laicis contumelias teſte Anatolio Constantinopolitanus presule: qui dicit c [Propter fidem non est damnatus Dioecorus: sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni.]

¶ In contumacia Hinc usque ad verb. ponens, addita sunt ex originali.

DISTINCTIO XXII.

Qvia ergo major & minori iudicari non debet, cāps. secundum est, quia inter ecclesias, primum locum, que secundum, vel tertium obtinet. Romana ecclesia (scilicet supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochenæ ecclesia tertium ab ea locum accepit.

C. I. ¶ Romana ecclesia ceterarum prima-

tum tenet.

Vnde Nicolaus Papa I. [d] scribit Mediolanen-sibus per Petrum Damianum lega-tum suum.

Omnes e five patriarchi cuiuslibet apices, five metropoleo primatus, aut episcopatum cathedralis, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ille fundavit, & super petram fidei mox nascens erexit, qui beato aeterna vita clavigero terreni simul & celestis imperii jura commisit. Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod confundendum est cœlum, & terra; per quod denique omnia condita sunt clementia, Romanam fundavit ecclesiam. Illius certè privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quisquis cuiuslibet ecclesie jus suum detrahit, injuriam facit. Qui autem Romana ecclesia privilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite tradidit auferre conatur, his proculdubio in heretum labitur; & cum ille vocetur iustus, hic est proculdubio dicendum hereticus. Fidem quippe violat, qui adversus illam agit, quae mater est fidei: & illi contumax inventur, qui eam cunctis ecclesiis præstolisticis cognoscunt. & infra. ¶ Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistrum sanctam Romanam profiteretur ecclesiam.

C. II. ¶ Non ab Apolito, sed ab ipso Da-mino Romana ecclesia primatum accepit.

a. ad. prefatam. b. Poly. l. 1. tit. 20. Anselm. l. 2. cap. 65. Ioseph. c. S. Panad. 4. c. 6. & 7. ¶ Psl. 72. c. In concilio Chalcedonensi, sessione 5. d. junior. l. Anselm. l. 1. c. 65. al. 64.

Item Anacletus servus Christi Iesu ad omnes episcopos epistola 3. c. 3.

SAcrofaneta & Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino salvatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super universas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse B. Petrus apostolo dixit b. [Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portare inferi non praevalebunt adversarii tui; & nbi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in celo.] Adhibita c est etiam societas in eadem Romana urbe beatissimi Apostoli Pauli, vatis electionis, qui uno die, unoque tempore glorioſa morte cum Petro sub principe Nerone agonizante coronatus est, & ambo sanctam ecclesiam Romanam consecraverunt, aliisque omnibus urbibus in universo mundo sua praefecti, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus affida apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamē verbis Paulus beatissimus Apostolus d Romanis proprio chirographo pollicetur, dicens. [Teftis enim misericordia Dei, cui seruo in spiritu meo in Evangelio filii eius; quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.] ¶ Prima & ergo sedes est ecclesiæ beneficio Romana ecclesia, quam (ut memoratum est) beatissimi Petrus, & Paulus ino martyrio consecravunt. Secunda autem sedes apud Alexandriam, B. Petri nomine a Marco ejus discipulo atque Evangelista consecrata est: quia & ipse in Egypto primum verbum veritatis directus a Petro prædicavit, & gloriostus suscepit martyrium; cui venerabilis succedit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiam ejusdem, id est, beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illi priusquam Romanum veniret, habitavit, Ignatium episcopum constituit; & illi primum nomen Christianorum novella gentis exortum est, & post pauca. f. ¶ Int̄ beatos Apostolos quadam fuit discretio & pœnitentia & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Domino concessum est (de ipse inter se idipsum voluerunt) ut reliquo omnibus praesertim Apostolis, & Cephas z id est caput & principium tenerer Apostolatus, qui & candem formam suis successoribus, & reliquo & episcopis ostendam tradiuerunt. Eton solum hoc in novo testamento est constitutum, sed etiam in veteri fuit: unde scriptum h est: [Moses, & Aaron in sacerdotibus eius] id est, primi inter eos fuerunt, & post pauca. ¶ Hac vero Apostolica i sedes, cardo, & caput (ut prædictum est) omnium ecclesiarum a Domino, & non ab aliis est constituta, & sicut cardine optimi regitur, sic hujus sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiae (Domino disponentes) reguntur.

i. ¶ Quia] Hinc usque ad ver. Tertia. addita sunt ex originali: quemadmodum & alia nomina.

z. ¶ Cephas] In Evangelio Iohanni c. 1. Cephas (que ut Syriaca est) expunitur ut & quod Graeci perram significat id, docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas, cap. 1 neque credendum est ignorasse Anacletum: sed voluisse eam ut etiam ad Graecam linguam co tempore iustissimam referre. Quod fecit Cyrilus Hierosolymitanus, catechesis decima, in nomine Iesu non modo hebraicam, sed etiam graecam illi etymologiam m- buens.

a. Lib. 3. de sacramentis, cap. 1. In prefatione concilii Nicæti Polycarp. l. 1. tit. 2. Anselm. l. 1. cap. 2. & 26. Pamerm. lib. 2. cap. 2. b. Matth. 16. c. sup. dist. 21. cap. quatuor. d. Roman. 1. c. Pamerm. l. 4. cap. 5. f. Poly. lib. 3. tit. 1. Anselm. lib. 1. cap. 1. Burch. l. 1. cap. 159. Ivo part. 1. cap. 66. g. al. disserit. & h. Psal. 68. i. Poly. l. 1. tit. 1. Anselm. l. 1. cap. 1. Burch. l. 1. cap. 294.